

“ dicitur. Hujus altitudo non est minor alti-  
 “ tudine sinus illius Belgici, quem diximus  
 “ & mittit ramum ad urbem Leidam, ubi in  
 “ varias fossas divaricatur. Quoniam itaque  
 “ nec lacus hic, neque sinus ille Hollandici  
 “ maris inundant adjacentes agros (de naturali  
 “ constitutione loquor, non ubi tempestatibus  
 “ urgentur, propter quas aggeres facti sunt)  
 “ pater inde, quod non sint altiores quam agri  
 “ Hollandiæ. At vero Oceanum Germanicum  
 “ esse altiore[m] quam terras hasce, experti sunt  
 “ Leidenses, cum suscepissent fossam seu alveum  
 “ ex urbe sua ad Oceani Germanici littora,  
 “ prope Cattorum vicum perducere (distantia  
 “ est duorum milliarum) ut, recepto per  
 “ alveum hunc mari, possent navigationem  
 “ instituere in Oceanum Germanicum, &  
 “ hinc in varias terræ regiones. Verumenim-  
 “ vero cum magnam jam alvei portem perfe-  
 “ cissent, desistere coacti sunt, quoniam tum  
 “ demum per observationem cognitum est,  
 “ Oceani Germanici aquam esse altiore[m]  
 “ quam agrum inter Leidam et litus Oceani  
 “ istius; unde locus ille, ubi fodere desierunt  
 “ dicitur, *Het malle Gat*. Oceanus itaque  
 “ Germanicus est aliquantum altior quam  
 “ sinus ille Hollandicus, &c.” Therefore,